

J. Wouwerio.

Nobilissime et Amplissime Domine.

64

(194)

Quae in gratiam valetudinis tuae malletm petendi causam non habuisses, a meo Principe, qualia hinc vides impetrari, clausulas, quarum pridem me per epistolam, nuper iterum per amicum monuisti, adeo obtinere non valui, ut nisi quam mollissimi temporibus, quantum istud est procurassem certissime tota res excidissem. Causa est, non in defectu pristinae humanitatis, quam non magis Imperator iste quam bello superari amat, sed quod sentire te cum cordatioribus non dubito, penes illos vestros non jam rigidos, sed iniquissimas Republicae catores, quibus hoc in voto unicum est exasperare magis indies, ac dinellere publicis convitiis placidos ductilesque Belgarum animos, et quorum nunquam difficultis unio fuisset, si litera tantum. Hesperiae nunquam tetigissent nostra carina. Me quod attinet, extra causam publici dissidii habebis ubique tui et virtutis tuae et eruditionis, quam dudum nobis innotuisti amantissimum cultorem, ut ne per Puteani quidem genium caetera mihi charissimum, adjurare necesse habeas. Quid pandat hodie vitae summus aut meditetur, a te scires aures. Si let enim ipse praeter morem ad quas Februarii mense mi fallor, postremas dedi. Si quid nos offensa dividit, testor et Musas, in seio meo et inuito fieri. Vale Vir Nobilissime et meo ama. Hagae Com. III. Id. Maij. C1910CXXXIV

Dominationi tuae addictissimus

C. H.

Barlaeo.

Clarissime Barlaeo.

(195)

Cinctus et obsessus tandem tot literis tuis, tam carmine multiplici, tam frequenti prosa, ut si ad singula quid ~~repon~~ ^{repon}endum sit, unde initium sumserim ubi finem plane non liqueat, utor ultimo commento tuo, et silenti ambigens ut loquendi, utriusque impotens, amplector sacrum illud Neutrums, et sic prioribus insistent, Aliquid loquor, ut Nihil ~~dicam~~ dicam. Augustinum (nam in patribus, quod nesciebas, aulici mirifice versati sumus) Augustinum inquam fecundissimi loqui scriptorem

in